

# ORDO AD MEDIVM NOCTIS:

Deus in adiutorium meum. Deus in. Gloria. Deus in adiutorium meum ...

**S**icut cerbus desiderat ad fontes aquarum. Ita desiderat anima mea ad te deus. Sitibit anima mea ad deum uibum (uiuum) quando ueniam et apparebo ante faciem dei.

Fuerunt mic(h)i lacrimae meae panes die hac nocte dum dicitur mic(h)i quodtidie {quotidie} ubi est (deus tuus). Hec memoratus sum et effudit in me anima mea, quoniam ingrediar in locum tabernaculi ad mirabilis domus dei.

In uoce exultationis et confessionis sonus epulantis.

Quare tristis es anima mea, et quare conturbas me spera in domino quoniam confitebor illi salutare uultus mei et deo meo.

A meipso anima mea turbata est propterea memor ero tui domine de terra Iordanis et ermonis a monte modico (montico). Abyssus (Abissus) abissum inuocat in uoce cataractarum tuarum.

Omnia ex(c)elsa tua et fluctus tui super me ingressi sunt.

In die mandabit (mandauit) dominus misericordiam suam et in nocte declarauit.

Aput me oratio mea deo uite meae dicam deo meo susceptor meus es, quare me oblitus es et quare me repulisti et contristatus

incedo dum affligit me inimicus. In eo dum confringuntur omnia ossa mea, exprobraberunt (exprobrauerunt) me qui tribula[n]t anima mea.

Dum dicitur mic(h)i per singulos dies ubi est deus tuus. Quare tristis anima mea et quare conturbas me, spera in domino quoniam confitebor illi salutare uultus mei et deo meo. Gloria.

**E**cce quam bonum et quam iucundum habitare fratres in unum.

Sicut unguentum a capite quod descendit in barbam in barbam aaron quod descendit in ora uestimenti eius. Sicut ros ermon quod descendit in montem syon.

Quoniam illic mandabit (mandauit) dominus benedictionem et uitam usque in seculum. [Gloria.]

**E**cce nunc bendicite dominum omnes serui domini.

**Q**ui statis in domo domini in atriis domus dei nostri.

In noctibus extollite manus uestras in sancta et benedicite domino.

Benedicat tibi dominus ex syon qui fecit celum et terram. [Gloria.]

**N**ostra conversatio fratres in celis est unde etiam saluatorem (salbatorem) expectamus dominum nostrum Ihesum Christum qui reformabit (reformauit) corpus humilitatis nostre,

Uerumtamen quod preuenimus idem sapiamus ut in unam permaneamus regulam,

Nos enim sumus circumciso corde qui spiritu deo seruiemus et gloriamur in Christo Ihsu domino nostro. De cetero fratres quecumque sunt vera, [quecumque ista,] quecumque pudica, quecumque bona fama hec cogitate, hec tenete et hec agite.

LDA. Alleluia[, alleluia]. Media nocte clamor factus est ecce sponsus uenit exite obuiam ei al[lleluia].

Ÿ. Oleum recondite in uasis uestris ut lampades uestre sint semper accense alle(luia).

Laus tibi domine Rex eterne glorie.

Oro. Dominicalis: Misericordiarum tuarum domine, umbrem super nox famulos tuos miseratus infunde et nostrarum inprecationum clamores intendens, omnium de decorosa facinora dele fiatque eterne omnipotens deus munus hoc acceptabile in conspectibus glorie tue quod pro ualitudinibus cunctorum fidelium pro reddito ad propria captiuorum. Pro collectione omnium dispersorum pro crepatione omnium oppressorum pro requiem omnium fidelium pausantium anima tibi intentionis deferri conspicias notum [ante tuum trementes maiestatis offerimus tronum] et qui aduentum glorie tue solícite abstinentes huius noctis iam mediato tempore ad consuetum psalmodie miniterii exsurgentes nostrae tibi [seruitutis facimus] exorationum clamores. Tu pius exaudi. Tu clemens exaudi. Tu propitius faue, qui solus uim

eterne nostri desiderii uales considerare facillime sentiamus itaque ob hoc misericordiae tue largissimus munere [ubique nos inlesos a demonum incursibus permanere.] Ut sic in huius uiuamus mundi tenebrosus spatium quatenus illic perpetuum diei perfruere mereamur lumen eternum. Amen.



quod quod uolutis (conuolutis) artibus somno grauatis (grabatis) torpuit, de iuramens in somnio, turpique fluxu in semine. **F**usis pater piissime, expostulamus fletibus, ut iam recedant sordida liuidinum fantasmata. **L**aba quod hostis polluit, quod sordidabit (sordidauit) innoua mundemus omnes sordibus, carnis grauate (grabate) spiritus. **P**resta. **C**redo in dominum. **F**iat domine. **K**irrieleison. k.k. **P**ater noster. [**P**reces. **Clamores in die de cotidiano**] (MSR)

**D**eus miserere deus miserere deus miserere deus miserere deus miserere

**Ÿ.** Tu sana infirmos, reuoca captiuos, collige dispersos, subueni oppressis, succurre defunctis. **D**eus miserere: [**sequenti versiculi dicuntur nisi ad ixi gesima**]

[**Tu dele peccatum agnosco delicta ... cum magne flammam deus misere**

**de t{ra}ditione domini**

**Tu passione .. tuorum ... Ÿ. deus misere**

Sc leti plorama .....

Ÿ. deus misere

Consolara in gentes letifica men...

Ÿ. deus misere

....

Ÿ. Consolare

Manus tue domine ipse fecerunt me .. mei

Ÿ. Consolare

Dele domine

Ÿ. Consolare ]

[HIC INCIPIT SECUNDA HORA POST MEDIVM NOCTIS.]

Surge et lauda in nocte et in principio uigiliarum tuarum effunde sicut aqua cor tuum in conspectu domini. **Leua** ad deum manus tuas pro remedio peccatorum tuorum.

Oro ferialis.

Miserere nobis domine miserere nobis unigenites quis gessi meus de mentes ... argpius indulgentie ...

Ŗ. amen. peccare dele nos lumen diui... tue ... vnumque et omnia regis in secula seculorum. Ŗ. amen. p{er} finam cum pace. deo gratias.

[Post recitabis his tres cantici]

Canticum nemie de libro esdre



ueso domine deus c[a]eli fortis magne adque terri-

bilis qui custodis pactum et misericordiam quum  
(cum) his qui te diligunt et custodiunt mandata  
tua. **F**ia[n]t aures tuae (tua) auscultans et oculi tui aperti,  
ut audias orationem serui tui, que ego oro quorum (coram) te  
(h)odie nocte et die pro filiis srhl Israel seruis tuis. **E**t confiteor  
pro peccatis filiorum (srhl) {Israel} in quibus peccaberunt (pec-  
cauerunt) tibi et ego domus patris mei, **P**eccabimus uanitatem  
seducti sumus, et non custodiimus mandatum et cerimonias  
adque (atque) iudicia que precepisti moysi seruo tuo. **M**emento  
uerbi quod mandasti moysi famulo tuo dicens. **Q**uum (Dum)  
transgressi fuerit[it]is ergo dispargam uos in populis, et si reuer-  
tiamini ad me et custodiatis mandata mea et faciatis ea, **E**tiam si  
adducti fueritis ad extrema caeli inde congregabo uos, et indu-  
cam in locum que elegi ut habitare nomen meum ibi, **E**t ipsi serui  
tui et populus tuus, quos redemisti in fortitudine tua magna, et  
in manu tua ualida. **O**bsecro domine sit auris tua adtendens  
ad orationem (serui tui et ad orationum) seruorum tuorum qui  
uolunt timere nomen tuum, **E**t dirige seruum tuum (h)odie et  
da ei misericordiam ante uirum hunc.

### **Oratio Manasse regis de libro Ecclesiastes, ii paralipomenon**

**D**eus altissimus magnanimis miserator et multe mis-  
ericordiæ patiens super mala hominum, **T**u ergo domine  
secundum multitudinem bonitatis tu[a]e, promisisti

indulgentiam et remissionem delinquentibus tibi et habundantiam misericordiae tu[a]e statuisti penitentiam peccatoribus ad salutem, **T**u ergo domine deus iustorum non posuisti penitentiam iustis tuis Abraam Ysaac (Isaac) et Iacob qui non peccaverunt (peccauerunt) tibi, sed posuisti penitentiam mi(c)hi peccatori. **Q**uoniam super numerum arene maris habundaberunt iniquitates me(a)e et non est declinatio multitudinis delictorum meorum. **E**t nunc i(u)ste contineor, digne conprimor percurbatus multis uinculis ferreis ad non erigendum caput, **Q**uoniam non sum dignus aspicere et uidere[m] altitudinem caeli pre iniustitiis meis, **Q**uoniam irritabi (irritau)i furorem tuum et feci malum coram te, statuens abominationes et multiplicans odiositates. **E**t nunc flecto genua cordis mei precans ad te bonitatem. **P**eccabi (Peccaui) domine peccabi (peccaui) et iniquitatem meam ego agnosco. **N**e perdas me cum iniquitatibus meis, neque in finem iratus contineas mala mea neque condemnaberis (condemnaueris) me cum his qui sunt in inferiora terrae. **T**u es enim deus penitentium ut in me ostendas bonitatem tuam. **I**ndignum me saluabis (salbabis) secundum multitudinem misericordiae tuae et glorificabo nomen tuum in omni uita mea, **Q**uoniam te laudat omnis uirtus caelorum et tibi est gloria in saecula saeculorum.

**Oratio Ihesum filii Sirac, XXXVI a**



iserere nostri deus omnium et respice nos et [h]os-

tende nobis lumen miserationis tuæ. **Et** inmitte  
timorem tuum super gentes que non exquisierunt  
te ut cognoscant quia non est deus nisi tu ut enarrent magnalia  
tua, **Alleba** manum tuam super gentes alienas ut uideant poten-  
tiam tuam. **Sicut** enim in conspectu eorum sanctificatus in nobis  
sic in conspectu nostro, magnificaberis (magnificaueris) in illis,  
**Ut** cognoscant te sicut et nos cognouimus, quoniam non est deus  
preter te domine. **Innoua** signa, et inmuta mirabilia, **Glorifica**  
manum et brachium dextram, **Ex(c)ita** furorem et effunde iram,  
**Extolle** aduersarium et afflige inimicum, **Festina** tempus et mo-  
mento finis ut enarrent magnalia tua, **In ira** flamme deuorentur  
qui saluantur (salbantur) et qui pessimant plebem tuam inu-  
eniant perditionem {perditionem}, **Contere** caput principum  
iniquorum dicentium non est alius preter nos, **Congrega** omnes  
tribus iacob et cognoscant quia non est deus nisi tu ut enarrent  
magnalia tua et hereditabus eos sicut ab initium. **Miserere** pleui  
(plebi) tu[a]e super quam inuocatam est nomen tuum, et srhl  
{Israel} quem quoequasti primogenito tuo, **Miserere** ciuitatis  
sanctificationis tu[a]e Iherusalem ciuitati requiei tu[a]e, **Reple**  
Syon in ennarabi(li)bus uirtutibus tuis et gloria tua populum  
tuum. **Da** testimonium qui [h]ab initio creature tue sunt et  
suscita preces quas loquuti sunt in nomine tuo prophete  
priors. **Da** mercedem sustinentibus te ut prophete tui fideles



inueniantur et exaudies orationes seruorum tuorum. Secundum benedictionem Aaron da populo tuo et dirige nos in uiam i(u)stie, Ut sciant omnes qui inhabitant terram, quia tu es deus conspexor sæculorum. Gloria et honor, Queso domine. Sicut erat. Deus altissimus. Miserere nostri deus. Deinde recitabis VIII psalmos et III (alios) canticis (canticos) et sic dicis istos responsos (reponsos): [De die Dominico]

℞. Per diem clamabi (clamaui) et nocte coram te domine intret in conspectu tuo oratio mea alleluia alleluia. ̶. Media nocte surgebam ad confitendum tibi super iudicia iustitie tue. [intret.]

[De Quadragesime]

℞. Vigilate et orate dicit dominus nescitis ora quando dominus domum ueniet: sero, an media nocte, an galli cantum, an mane, et dum uenerit repente (ne) inueniet uos dormientes quia oportet semper orare et numquam deficere. ̶. Dominus Ihesus Christus loquutus est discipulis suis dicens uigilate et orate ne intretis in tem[p]tationem. quia.

[℞. Acceperunt prudentes oleum in uasis suis cum lampadibus media autem noctem clamor factus est ecce sponsus uenit exite obiam ei. ̶. Oleum recondite in uasis uestris ut lampades uestre sint semper accense: ecce.

℞. Clamor factus est ecce sponsus uenit exite ouiam ei. ̶. Oleum recondite in uasis uestris ut lampades sint accense: ex-

ite. Gloria et honor patri et filio et spiritui sancto in secula seculorum amen. exite ouiam ei.]

**R̄.** Meditatus sum nocte cum corde meo anxius est spiritus meus et dixi numquid in eternum repelle deus. **Ÿ.** Timor et tremor uenerunt super me et con(te)xerunt me tenebre. et dixi.

**R̄.** Vigila domine super oues gregis tui ne fur nocturnus ueniat et furetur et perdat nos. **Ÿ.** Custodi nos ut pupillam oculi sub umbra alarum tuarum protege nos. ne fur.

**R̄.** Vigilate et orate ne intretis in temtatione. **Ÿ.** Videte ne quando adgrauentur corda uestra in crapula et ebri(e)tate et in curis huius mundi. ne in.

(**R̄.** Anima mea desiderat te deus in nocte de mane uigilabo ad te. **Ÿ.** Sicut cerbus desiderat ad fontes aquarum ita desiderat anima mea ad te deus. de.)

[**R̄.** Simile est regnum celorum decem uirginibus quæ accipientes lampades suas exierunt sponso in obuiam et que parate erunt intraberunt cum eo ad nubtias et clausa est ianua. **Ÿ.** Media nocte clamor factus est ecce sponsus uenit exite obiam ei. et que.]

**R̄.** Ora dominum ante lucem et oranti tibi miseretur et omnia que petieris [h]ab( )eo dabit tibi dominus. **Ÿ.** Si simplex fueris et timueris (et timueris) deum ac recedens a malo. et omnia.

(**R̄.** Domine deus ad te lebauit oculos meos in die tribulationis

meæ exaudi me. *Ÿ*. De profundis clamaui ad te domine domine  
exaudi uocem meam. in.

(*R*. Anima mea cessa iam peccare cogita de subitana transpo-  
sitione et de eterna tormenta ibi enim non queritur penitentia  
nec lucrum faciunt lacrimæ dum tempus habes conuertere clama  
et dic deus meus miserere mei. *Ÿ*. Quare tristis es anima mea  
et quare me conturbas spera in domino. clama.)

## Lectio libri Esaye Prophete

**H**[a]ec dicit dominus deus sanctus srhl {Israel}. **S**i reuertimini ad me et quiescatis in silentio et in spe erit fortitudo uestra. **P**ropt(e)rea expectat dominus ut misereatur uestri et ideo exaltabitur parcens uobis, quia deus iudicii dominus, beati omnes qui expectant eum.

## Epistola Iacobi Apostoli ad duodecim tribus

**K**arissimi: Subditi estote deo, **R**esistite [autem] diabulo (diabolo) et fugiet a uobis. **A**dpropinquate deo et adpropinquauit (adpropinquabit) uobis. **E**t munde manus peccatorum et sanctificate corda dupplices animo. **M**iseri estote, lugete et plorate, **R**isus uester in luctu conuertatur et gaudium in merore. **H**umiliamini in conspectu domini, et exaltabit (exaltauit) uos.

**LDA.** Alleluia, alleluia, alleluia, alleluia, alleluia. (V̇. ) **D**e profundis clamabi (clamaui) ad te domine. alle(luia). (V̇. ) **D**omine exaudi uocem meam. alle(luia). **F**iant aures tue intendentes ad orationem serui tui. alle(luia).

[De Quadragesime]

**LDA.** Laus tibi, laus tibi, laus tibi domine, Rex eterne glorie. **B**eati serui illi quos quum uenerit dominus inuenerit uigilantes. [alle] (rex). **A**men dico uobis quoniam precinget se et ministra-

bit (ministrauit) illis. [alle] (rex).

## Ymnum



urgentes ad te domine atre noctis silentio, uigiliis obsequiis patrum sequentes ordinem.

Quem nobis dereliquerunt iure hereditario ministrantes excubiis tibi sanctæ paraclite.

Pari cum patre clarus est cum Christo subtilis(s)imus multi modis (modus) spiritus rex mysticus agnosceris.

Fragiles carne conspicit quos ille antiquissimus, suis decepit artibus (artibus) tuis trahe uirtutibus

Grege tuus tibi deditus nullo tenatur crimine quem tuo Christe sanguine uoluisti redimere.

Oues er[r]antes preuide pastor bone piissime ad aula(m) celsitudinis tuis reporta humeris.

Tabefactus et [sautius] (saucius) abscedat princeps demonum, perdat predam de faucibus insatiata rauies (insatiatus rapidus).

Exultet Christe dominus psallat chorus angelicus laudes in sonent (sonant) in organo ter sanctus dicat domino.

Ihesu defensor omnium protector et mirabilis sueta(m) noctis aduenit et nos sopore dediti.

In tuo sancto nomine qui custos et defensor es et uig(il)emus spiritu ut mereamur lampades.

Cantores tuos domine quos iubes nocte surgere ad inuocandum tuum nomen quod nobis est laudabile.

Quem omnis terra metuit pro tanta magnitudine sequamur in tua laude quod pie sancte precipis.

Ymnorum cantus resonet de corda te credentium sequamur tanti gaudii promissa sancti spiritus.

Clamor in nocte factus est Ihesus ingressus ianuis e(t )uigilantes prouocat intrare sancta regi[n]a.

Gaudet sponsus uirginum ingressus in cubiculo ubi c[h]oronas martyrum (martirum) refulgent ante dominum.

Mercedem tanti (tante) glori[a]e daturus est credentibus quod nobis sitit animus sic mereamur consequi.

Medium noctis tempus est prophetica (profetica) uox admonet dicamus laudes domino patri semper et filio.

Sancto quoque spiritui perfecta enim trinitas, uniusque substantiæ laudanda semper nobis est.

Medie (Medium) noctis tempore pergens uast(at)or angelus Egyptus (Egypto) mortem inferens diluit primogenita.

Hæc hora iustis salus est in quo se ui[n]ctus angelus ausus punire non fuit signum formidans sanguinis.

Egyptus flebat fortiter tantarum dira funera solus gaudebat srhl {Israel} agni protector (protectur) sanguinis.

Nos uero srhl {Israel} sumus letemur in te domine, (h)ostem

prosternentes malum Christi defensi(s) sanguine.

**M**edie (Medium) noctis tempore per uoce euangelica[m] uenturus sponsus creditur regni celestis conditor.

**O**ccurrunt sancte uirgines obuiam tunc (tunt) aduentui claras gestantes lampades magno letantes gaudio.

**S**tulte fores remanent que extinctas habent lampades frustra pulsantes ianua clausa iam regni regia.

**Q**uare uigilemus sobrie [ge]stantes mente splendide ut adueniente Ihesu digni occuramus o(b)uiam.

**M**edie (Medium) noctis tempore [Paulus quoque et Sileas] pro Christo uincti in carcere (Paulus quoque et Sileas) laudando resoluti sunt.

**N**obis hic mundus carcere est Christe resolu uincula nostra relaxa crimina, in te sancte credentium.

**D**ignos nos fac rex agie uenturi regni glorie eternis ut mereamur te laudibus concinere.

**P**resta pater [piissime].

[**Clamores**]

**M**edia nocte surgebam ad confitendum tibi super iudicia iustitie tue. **F**unes peccatorum circumplexerunt me domine et legem tuam non sum oblitus. **D**eprecatus sum faciem tuam de toto corde meo miserere mei deus. **C**lamabi (Clamaui) ad te domine dixi tu spes mea es(t) portio mea in terra uiuentium. **Q**ui

cognoscis omnium occulta a peccato meo munda me. **T**empus mic(h)i concede ut repenitea(m) me peccaui miserere mei deus. **S**ecundum magna. [dele] miserere [mei deus]. [**C**or mu{ndu}m.] (Redde michi.) **G**loria et honor. Mis[erere]. **S**icut erat. Mis[erere]. **Q**ui cognoscis. Tempus (mihi). Mis[erere].  
[**Clamores**]

**M**iserere domine, miserere nobis tibi soli peccauimus (peccabimus) indulge nobis rogamus. [k.] **L**apsi sumus grauiiter (grabiter) in peccatis magnis ueniam precamur Christe parce nostris delictis. [k.] **S**celus flemur [flemur] admissam (admissus) non reddas ut meremur pater pie dele noxa et errata relaxa. [k.] **P**enitentibus reis conuersis religiosis cor contritis et elisis iam succurre rex celestis. [k miserere.] **P**auperibus egenis iterantibus naufragis lapsis uiduis pupillis iam succurre rex celestis. [k.] **P**eregrinis oppressis dispersis et captiuis (captibus) uinctis egris et defunctis iam succurre rex celestis. [k.] **Q**uis est homo domine ut ei indigneris aut genus corruptiuile (corruptibile) ut ita (a)mari(s)ceris {amariceris} de ipso. [k.] **N**emo de genitis est qui non impie gessit nec de confitentibus qui tibi non deliquit (deliquit). **k.** **I**n hoc nuntiabitur (nuntiauitur) bonitas tua deus quum (cum) misertus fueris iniquitatibus nostris. [k.] **S**i peccauimus (peccabimus) in te tui sumus Christe expectantes domine misericordiam tuam. [k.]



# ORDO AD CELEBRANDVM NOCTVRNIS (NOCTURNOS):

**V**enite adoremus et procidamus ante deum et ploremus coram domino qui fecit nos. Quia ipse est dominus deus noster nos autem populus eius et oues gregis eius. Domine labia mea aperies et os meum annuntiabit (annuntiauit) laudem tuam. Domine labia. Gloria. Domine labia [mea]. Sicut [erat]. Domine quid multiplicati sunt. Miserere mei deus secundum [magna]. Miserere mei deus miserere mei. [Gloria. Domine quid multiplicati sunt. Sicut erat. Miserere mei deus secundum magna. Miserere mei deus miserere mei.] Post h[a]ec recitatur de psalterio psalmi qui sequuntur (secuntur) in ordine III (tres) missas subternorum psalmorum numero dedicatus et quarta de canticis qui similiter in ordine occurrunt et per singulas missas singula responsuria de cante[n]tur:

## INCIPIVNT RESPONSURIA (DE) DOMINICALIS NOCTURNIS:

**A**lleluia deduc me per semita mandatorum tuorum quoniam ipsam uolui alleluia.  $\Psi$ . Legem pone mic(h)i domine u(i)am iustitie tue et exquiram meam semper. quo[ni].

**R̄.** Repleatur os meum deus laude tua ut possim cantare gloriam tuam alleluia. **Ŷ.** Vide humilitatem meam et laborem meum et dimitte omnia peccata mea. ut possim.

**R̄.** Alleluia uide humilitatem meam et miserere mei alleluia alleluia. **Ŷ.** Viam iniquitatis amove (amove) a me et de lege tua. miserere.

**R̄.** Congrega domine dispersionem nostram in et libera (libera) nos manu tua alleluia. **Ŷ.** Qui das salutem regibus et liberas dauid seruum tuum de gladio maligno. li[be].

[**R̄.** Alleluia misericordia mea alleluia refugium meum alleluia susceptor meus et liberator meus es tu deus meus alleluia. **Ŷ.** Diligam te domine uirtus mea dominus firmamentum meum et refugium meum: et li.]

**R̄.** Letor ego super eloquia tua alleluia sicut qui inuenit spolia multa alleluia alleluia alleluia. **Ŷ.** Iniquos odio abui et abominatus sum legem autem tuam dilexi. sicut.]

(**R̄.** Magnus dominus noster alleluia et magna uirtus eius alleluia alleluia. **Ŷ.** Et sapientie eius non est numerus. alle.)

**R̄.** Benedictus dominus in eternum alleluia fiat fiat alleluia alleluia. **Ŷ.** Sit nomen domini benedictum ex hoc nunc et usque in seculum. fiat.)

**Item Responsuriis Dominicales De Qvadragesime:**

**I**n lege domini meditemur die ac nocte. *Ps.* Venite filii audite me timorem domini docebo uos. die [ac nocte].

*R.* Intellege clamorem meum deus meus. *Ps.* Intende uoci orationis mee. deus meus.

[*R.* Mirifica domine misericordias tuas qui saluos facis sperantes in te. *Ps.* Custodi nos domine ut pupillam oculi sub umbra alarum tuarum protege nos. qui.

*R.* Cor mundum crea in me deus. *Ps.* Spiritum rectum innoba. in me deus.

*R.* Misereatur nobis et benedicat nos deus. *Ps.* Inlumin et dominus uultum suum super nos. et bene.

*R.* Domine deus uirtutem beatus homo qui sperat in te. *Ps.* Quam amabilia sunt tabernacula tua domine deus uirtutem. beatus homo.]

## In II dominico:

**A**dpre[h]endite disciplina nequando irascatur dominus. *Ps.* Seruite domino in timore et exultate ei cum tremore. neq.

*R.* Infirmus sum sana me domine. *Ps.* Quoniam turbata sunt ossa mea et anima mea turbata est ualde. sana me.

*R.* Non timebo mala domine quoniam tu mecum es. *Ps.* Virga tua et baculus tuus ipsa me consolata sunt. quoniam.

**R̄.** Benigne fac domine in bona uoluntate tua syon. **Ÿ.** Vt edificentur muri Iherusalem. in bona.

**R̄.** De die in die benedictus dominus. **Ÿ.** Deus israel ipse dedit uirtutem et fortitudinem plebis sue. bene.

**R̄.** Qui respicit in terra et facis eam tremere miserere nobis domine. **Ÿ.** Peccauimus quum patribus nostris in iuste egimus iniquitates fecimus.

## IN MEDIANTE Responsuria: de DOMINICO

**T**u domine susceptor meus es. **Ÿ.** Misericordia mea et refugium meum. suscep.

**R̄.** Confitebor domino qui saluos facit rectos corde. **Ÿ.** Et psallam nomini domini altissimi. qui sal.

**R̄.** Benedicam domino in omni tempore semper laus eius in ore meo. **Ÿ.** In domino laudabitur anima mea audient mansueti et letentur. semper laus eius in ore meo.

**R̄.** In te confidet anima mea deus donec transeat iniquitas. **Ÿ.** Et in umbra alarum tuarum spero. donec tran.

**R̄.** Exaudi me domine quoniam benigna est misericordia tua. **Ÿ.** Et secundum multitudinem miserationum tuarum respice in me. quoniam.

**R̄.** Viuit anima mea deus et laudabit te. **Ÿ.** Erraui sicut ouis que perierat querere seruum tuum: deus et.

## ITEM IN LAZARO RESPONSURIA Ad nocturnis.

**M**iserere mei domine et exaudi orationem meam. **Ÿ**. In-  
clina domine aurem tuam: et exaudi.

**Ŗ**. Quam admirabile est nomen tuum domine in uniuersa terra.

**Ÿ**. Ex ore infantium et lactantium perfecisti laudem. in uni.

**Ŗ**. Adiutor et liuerator meus es tu deus meus. **Ÿ**. Exaudi ora-  
tionem meam et deprecationem meam. de.

**Ŗ**. Spes nostra in deo est et ipse adiubauit nos. **Ÿ**. Sperate  
in eum omnis conuentus pleuis me et effundite coram illo corda  
uestra. et ipse.

**Ŗ**. Ad adiubandum me festina domine ad liberandum me ne  
tardaueris. **Ÿ**. Deus in adiutorium emum intende domine. ad  
libe.

**Ŗ**. Adiutorium nostrum in nomine domini. **Ÿ**. Laqueus contra-  
tus est et nos liberati sumus. in no.

Gloria et honor patri et filio et spiritui sancto in secula seculo-  
rum amen.

Lectio libri Iheremie (profete) [prophete].

**H**ec dicit dominus: consurge et lauda in nocte et in  
principio uigiliarum tuarum.

**E**ffunde sicut aqua cor tuum in conspectu domini  
dei tui, leba ad deum manus tuas et miserebitur tui ayt dominus

omnipotens.

Epistola Pauli apostoli ad corintios. prima.

**F**rates: uigilate et orate state in fide, uiriliter agite et confortamini. Omnia uestra in caritate fiant et deus pacis et dilectionis erit uobiscum in Christo Ihesu Domino Nostro.

**LDA** Alleluia alleluia alleluia alleluia alleluia. **L**abia mea laudabunt te domine. (alleluia.) II. **S**ic benedicam te in uita mea. alleluia. III. **E**t in nomine tuo leuabo manus meas. alleluia.

[**De Quadragesime LDA L**]aus tibi laus tibi laus tibi domine rex etern[a]e glorie. Viuit anima mea deus et laudabit te. rex. Et iudica tua adiubabunt me. [rex.]

[**Hymnum Dominicale:**]

(**Hymnum de Dominico Ad NOCTVRNOS**)

**P**rimo dierum omnium quod mundus extat conditus uel quo resurgens conditor nos morte ui[c]ta (libera) [liuera].

**P**ulsis procul torporibus surgamus omnes ocius et nocte queramus pium sicut propheta[m] nobimus.

**N**ostras preces ut (audiat) [audias] suamque dextram porrigat et hic piatos sordibus reddat polorum sedibus.

**V**t (quicquid) [quique] sacratissimo huius diei tempore, (h)oris

quieti psallimus donis beate munere.

Iam nunc paterna claritas, te postulamus affatim absit liuido sordidans omnisque actus noxius.

Ne feda siue lubrica conpago nostri corporis, per quem aberni ignibus ipsi crememur acrius.

Ob hoc redemptor quesumus ut probra nostra diluas uite perennis commoda nobis benignus conferas.

Quo carnis [h]acta exules effecti ipsi c[a]elibes ut prestolantes cernui melos canamus perpetim. [Presta pater.]

BNS

**B**enedictus es domine deus patrum nostrorum et laudabilis et gloriosus in secula.

Et benedictum nomen glorie tue quo est sanctum et laudabile et gloriosum in secula.

Benedictus es in templo sancto glorie tue qui uides abyssos sedes super cerubin supra sedem regni tui.

In firmamento celi et laudabilis et gloriosus in secula amen.

Clamores

**C**lamor noster ad te perueniat domine.

Parce et miserere quia (peccabimus) [peccauimus] tibi.

Non secundum peccata nostra facias nobis deus neque secundum iniquitates nostras retribuas nobis.

Sed secundum multitudinem miserationum tuarum miserere no-

bis.

Laqueus conteratur et nos liberemur adiutorium nostrum in nomine domini.

Nocte cum corde meo meditabor (et) in quietabam spiritum meum et dixi non in eternum repellas deus.

Domine dic anime me[a]e salus tua ego sum.

Domine deus me[e] per diem (clamaui) [clamabo] et nocte coram te.

Intret oratio mea in conspectu tuo.

Inclina aurem tuam ad precem meam domine.

(*Alium Clamores*)

Cito nos preueniat misericordia tua domine.

Fiat misericordia tua domine super nos.

Sicut sperabimus in te.

Propitius esto iniquitatibus nostris et sana domine langores nostros.

Mitte manum tuam de alto et libera nos domine.

Spes sola clamemus miserationes tue Christe (salbemur) [saluemur].

Parce precor iam deus parce precor re[g]is conteres bella et amobe plaga.

Miserere nobis deus miserere nobis propitius esto peccatoribus nobis.



Respiciat nos domine misericordia tua ut securi seruiamus tibi.

Presta deus sancte pater omnipotens in manu forti et brachio excelso.

Saluum (Salbum) fac domine plebem tuam.

Exaudi domine.

Placare domine.

Auerte domine iracundiam tuam a nobis.

Miserationes:

Die Dominico

**D**eus miserere deus miserere deus miserere deus miserere.  
**E**cce nos uigiles te precamur Christe annue uotis succurre defunctis.

## ORDO NOCTURNALIS IN RESVRRECTIONE DOMINI.

A primo die [Pasc{h}e] usque ad Pentecosten.

**H**oc modo cum antifona et uersibus [h]ac psalmis {p}salter  
admixis nocturnum initiabis uice canonicorum psalmo-  
rum.

A. Reple deus gaudium os nostrum et lingua nostra exultatione.

Ÿ. Saluos nos fac domine deus noster et congrega nos de nationibus. [Reple deus.] Ut confiteamur nomini [tuo] sancto tuo et

gloriamur in laude tua. **R**eple deus. **B**enedictus dominus deus  
srhl {Israel} a seculo et usque in seculum dicit omnis populus.  
**R**eple deus. **G**loria et honor. **R**eple [deus]. **S**icut erat. **R**eple  
deus.

## Psalmus XLVI

**O**mnes gentes plaudete manibus iubilare deo in uoce exul-  
tationis.

**Q**uoniam deus sumus terribilis rex magnus super omnem ter-  
ram.

**S**u(b)iecit populos nobis, et gentes sub pedibus nostris.

**E**legit nos hereditatem suam speciem Iacob quem dilexit.

**A**scendit deus in iubilatione dominus in uoce tube.

**P**sallite deo nostro psallite psallite regi nostro psallite quoniam  
rex omnis terre deus psallite sapienter.

**R**egnabit dominus super omnes gentes deus sedet super sedem  
sanctam suam.

**P**rincipes populi conuenerunt cum deo abraam quoniam dii fortes  
terr(a)e nimium (elebati) [eleuati] sunt.

## Psalmus LXXXVIII

**I**ubilare deo omnis terra seruite domino in letitia.

**I**ntrate in conspectu eius in exultatione.

**S**citote quod dominus ipse est deus ipse fecit nos, et non ipsi  
nos.

Nos autem populus eius et oues pascue eius.

Intrate portas eius in confessione, et atria eius in [h]ymnis confessionum.

Laudate nomen eius quoniam suabis est dominus in æternum misericordia eius et usque in seculum seculi ueritas eius.

{Psalmus CXVI}

**L**audate dominum omnes gentes, et conlaudate eum omnes populi.

Quoniam confirmata est super nos misericordia eius, et ueritas domini manet [domini manet] in æternum.

Gloria et honor. Omnes gentes [plau]. Sicut erat. Iubilate deo.

Laudate dominum omnes gentes et conlaudate eum omnes populi.

(**R̄**. Suspiro ego et gemo et quasi inunundantes aque sic rugitus meus quia timor quem timebam euenit michi et quod uerebar accidit non ne disimulaui nonne silui et quieui et uenit super me indignatio. **V̄**. Ve misero michi quoniam addidit dominus dolorem dolori meo laboraui in gemitu meo et requiem non inueni. et uenit.

**R̄**. Quis michi det ueniat ad deum petitio mea et quod expeto tribuat michi dominus quia que prius tangere nonlebat animam meam nunc pre angustia ciui mei sunt. **V̄**. Quis michi tribuat aut qui cepit ipse me conterat soluat manum suam et succidat

me et hec michi sit consolatio. quia.

**R.** Scio domine quia nichil in terra sine causa quia homo nascitur ad laborem et auis ad uolandum. **Ps.** Ego uero deprecabor dominum et ad deum meam ponam eloquium meum.

**R.** Si adpenderetur peccata mea quibus ira merui et calamitates quas patior in statera quasi arena maris grauiora appararent unde et uerba mea dolore sunt plena. **Ps.** Quoniam sagite domini in me sunt aquarum indignatio et uiuit spiritum meum et terrores militant contra me. quasi.

**R.** Que est enim domine fortitudo mea et mala sustineam aut quis finis meus ut patientes agam. **Ps.** Nec fortitudo lapidum fortitudo mea nec caro mea enea est. ut.

**R.** Ecce ego plorans et oculus meus deducens aquam quia longe factus est a me consolator meus conuertens anima mea. **Ps.** Deducant oculi mei lacrimas per diem et noctem et non taceant. quia longe.)

## II FERIA AD NOCTVRNIS:

### Responsuria.

In lege domini meditemur die ac nocte. **Ps.** Venite filii audite me timorem domini docebo uos. die [ac nocte].

Adpreendite disciplina nequando irascatur dominus. **Ps.** Seruite domino in timore et exultate ei cum tremore. nequando

Tu domine susceptor meus es. **Ÿ**. Misericordia mea et refugium meum. susceptor.

Miserere mei domine et exaudi orationem meam. **Ÿ**. Inclina domine aurem tuam: et exaudi.

## Hymnum

**S**omno reffectis artubus, spreto cubili surgimus, nobis pater canentibus adesse te deprecimur. **T**e lingua primum concinat, te mentis ardor ambiat, ut actuum sequentium tu (sancte) [sanctis] sis exordium.

Cedat tenebre luminis, et nox diurno sideri, ut culpa quam nox intulit, lucis labescat munere.

Precamur idem supplices, noxas ut omnes amputes, et ora te canentium lauderis in perpetuum.

## Clamores

Benedictus es.

Deus miserere deus miserere deus miserere.

# III FERIA

Intellege clamorem meum deus meus. **Ÿ**. Intende uoci orationis mee: deus meus.

Infirmus sum sana me domine. **Ÿ**. Quoniam turbata sunt ossa mea et anima mea turbata est ualde. sa[na me domine].

Confitebor domino qui saluos facit rectos corde. **Ps̄.** Et psallam  
nomini domini altissimi: qui [saluos].

Quam admirabile est nomen tuum domine in uniuersa terra. **Ps̄.**  
Ex ore infantium et lactantium perfecisti laudem. [in uniuersa.]

## Hymnum



onsors paterni luminis, lux ipse lucis et dies, noctem  
canendo rumpimus, adsiste postulantibus.

Aufer tenebras mentium, fuga caterbas demonum,  
expelle somnulentia, ne pigritantes obruat.

Si christe nobis omnibus indulgeas credentibus, ut (prosit) [pro-  
sis] exorantibus, quod precinentes psallimus. [Presta.]

Benedictus es.

Deus miserere deus miserere deus miserere deus miserere.

(Ecce nos uigiles te precamur Christe annue uotis succurre de-  
functis.)

## IIII FERIA

Mirifica domine misericordias tuas qui saluos facis sperantes in  
te. **Ps̄.** Custodi nos domine ut pupillam o(c)culi sub umbra  
alarum tuarum protege nos. qui.

Non timebo mala domine quoniam tu mecum es. **Ps̄.** Virga tua  
et baculus tuus ipsa me consolata sunt. [quoniam.]

Benedicam domino in omni tempore semper laus eius in ore

meo. **Ps̄.** In domino laudabitur anima mea audient mansueti et letentur. semper.

Adiutor et liberator meus es tu deus meus. **Ps̄.** Exaudi orationem meam et deprecationem meam. deus [meus].

## Hymnum

**R**erum creator obtime. rectorque noster respice, nos ad quieta noxia merso sopore libera. **T**[a]e christ[a]e sancte poscimus, ignosce tu criminibus, ad confitendum surgimus, morasque noctis rumpimus.

**M**entes manusque tollimus, propheta sic in noctibus nobis gerendum precipit, paulusque gestis censui.

**V**ides malum quod gessimus, occulta nostra pandimus, preces gementes fundimus, dimitte quod peccabimus. [Presta pater. **B**enedictus es.]

## Miserationes

**D**eus miserere deus miserere. **k.**

**I**nfirmis defunctis oppressis dispersis et captibus cito succurre Christe. **k.**

[**O**rphanis et uiduis egenis et peregrinis cito succurre Christe.]

**E**rrantibus uagantibus iterantibus et tribulatis cito succurre Christe.

**k.** Deus mis{erere}.

(**D**eus miserere deus miserere deus miserere deus miserere deus

miserere deus miserere deus miserere. )

## V FERIA

Cor mundum crea in me deus.  $\Psi$ . Spiritum rectum innoba. in me [deus].

Benigne fac domine in bona uoluntate tua syon.  $\Psi$ . Ut edificentur muri Iherusalem. in bona.

In te confidet anima mea deus donec transeat iniquitas.  $\Psi$ . Et in umbra alarum tuarum spero. donec.

Spes nostra in deo est et ipse adiubabit nos.  $\Psi$ . Sperate in eum omnis conuentus pleuis mee et effundite cora(m) illo corda uestra. et ipse.

### Hymnum



u trinitatis unitas orbem potenter qui regis, adtende laudum cantica, quo excubantes psalimus.

Nam lectulo consurgimus noctis quieto tempore, quod flagitemus uulnerum ad te medella omnium.

Quo[d] fraude quidquid demonum in noctibus deliquimus, abstergat illud cælitus tu[a]e potestas gloriæ.

Ne corpus adsit sordidum, ne(c) torpor iste cordium, et criminis contagio tepescat ardor spiritus.

Ob hoc redem[p]tor quesumus reple tuo nos lumine, per quod



dierum circulis nullis ruamur actibus. [Presta.]

Benedictus es.

Deus miserere deus miserere deus miserere deus miserere deus miserere deus miserere deus miserere.

(Deus miserere deus miserere deus miserere deus miserere.)

## VI FERIA

Misereatur nobis et benedicat nos deus.  $\Psi$ . Inluminet domines uultum suum super nos. et bene.

De die in die benedictus dominus.  $\Psi$ . Deus Israhel ipse (dabit) [dauid] uirtutem et fortitudinem plebis sue. [benedic.]

Exaudi me domine quoniam benigna est misericordia tua.  $\Psi$ . Et secundum multitudinem miserationum tuarum respice in me. quoniam [beni.]

Ad adiubandum me festina domine ad liberandum me ne tardaueris.  $\Psi$ . Deus in adiutorium meum intende domine. ad [libe.]

### Hymnum

**S**umme deus clementi[a]e mundique factor macine, unus potentialiter trinusque personaliter.

**N**ostros pius cum canticis fletus benigne suscipe, quod corda pura sordibus te perfruamur largius.

Lumbos iecurque (morbidum) [moruidum] adure igni congruo,

accincti ut sint perpetim luxo remoto pessimo. Ut quidquid (h)oras noctium non concinendo rupimus, donis beate patrie, ditemur omnes affatim. Presta. **Benedictiones.** Benedictus es.

Deus miserere deus miserere deus miserere (miserere) nobis pro peccatis nostris.

Infirmis oppressis dispersis (captibus) [captiuis] defunctis fideles tacito succurre deus pater celestis. **k.**

**Alius**

Deus miserere deus miserere deus miserere deus miserere deus miserere deus miserere deus miserere deus miserere mici peccatori. **k.** II. Sacerdotibus et ministris. **k.** Infirmantibus et defunctis. **k.**

## SABBATO

Domine deus uirtutem beatus homo qui sperat in te. **Ÿ.** Quam amabilia sunt tabernacula tua domine deus (uirtutem). bea(tus).

Qui (respicit) [respicis] in terra et facis eam tremere miserere nobis domine. **Ÿ.** Peccauimus quum patribus nostris in iuste egimus iniquitates fecimus. mise[rere nobis domine.]

Vibit (Viuit) anima mea deus et laudabit te. **Ÿ.** Erraui sicut ouis que perierat quere seruum tuum. deus et.

Adiutorium nostrum in nomine domini. **Ÿ.** Laqueus contritus est et nos liberati sumus. [in no.]

Gloria et honor patri et filio et spiritui sancto in secula seculo-

rum amen.

## Hymnum

**T**u rex redemptor omnium, qui cuncta que creata sunt, certis in eum legibus disponis (atque) [adque] ordinans.

Nocturnis (h)oris surgimus, actos (inicos) [iniquos] pandimus, nostrique oris organum te laudat (imnis) [hymnis] dulcibus.

Vt turba quidquid demonum corripias tu proprio, parcendo cures omnia et dona vite conferas. Ne ipsa plebs nequissima utrisque cuncti criminis nos ad perenne incendium secum cremandos adtraat. Ad nunc gementes poscimus tua deus potentiam, ut nos ab omni liberos reddas cito piaculo. Presta. **Benedictiones.** Benedictus es domine.

**Miserationes. In die Sabbato.**

Deus miserere nobis deus miserere nobis miserere miserere [miserere] Christe miserere cunctis.

Tu medella da infirmis consolationem estis redde patriam (captibus) [cabiuis] et da requiem defunctis. [k.]

Tu consolare opressos omnes collige dispersos pelle {h}(ostem) [osten] tuam (plebe) [pleue] et pacem eis concede. [k.]

Tu tuere iterantes omnes corrige errantes data copiam frumentis et pestilentie expelle. k.

Deus qui sedes in trono iudicas quod esse bonum libera animas

nostras de manibus impiorum. [deus miserere.]

## ORDO POST NOCTURNIS:

[Ad galli cantum.]

**H**is expletis ex soluebis (solbebis) alias tres (h)oras ante matutinum. In primis inpone[n]s hunc uersum. In matutinis meditabor in te domine quia factus es adiutor meus. In matutinis. Gloria [et]. In matutinis. Deinde recitabus xii psalmos [quod] (qui) in ordine occurrunt. Deinde dicebis as. **Lauda.** Alleluia alleluia. **Beati** immaculati in uia qui ambulant in lege domini. alleluia. **Ÿ.** **Beati** qui prescrutantur testimonia eius in toto corde suo exquirunt eum. alleluia.

### Hymnum

**N**octis tempus iam preterit, iam gallus canent, uiribus gallo canente spes redit; egris salus refunditur.

Somnum grauati(s) surgite, cordis reatum pandite, Ihesuque laudem dicite, qui nos redemit sanguine. **N**on ut fax discipulus, qui pacem ferens osculo; et dolo tenens pectore, turbis magistrum tradidit.

Ihesus captus ab impiis: disparguntur discipuli: loquutus (locutus) est ut dominus noctis ferens scandalum.

Ihesus suis discipulis, dum crucem suam predicat, negaris esse premonet; petrus facturus abnegat.

**P**etrus (feruens) ferbens spiritu sequitur in pretorio; sed agn-  
tum discipuli (discipulum), negabit Christum dominum.

**P**etrus iurabat omnibus: se non (nouisse) nobisse hominem: uox  
namque galli resonat, et petrus culpam meminit.

**I**hesus, dum petrum respicit, fidem petri dum suscipit, petrusque,  
flendo, recipit, quod ante paulo admiserat.

**E**t nos precamur, domine, fidem petri recipere, fideque apos-  
tolica, flere pro nostra crimina.

**G**allo canente uenimus; laudes deo persoluimus: confessionis  
proprie, dantes ei ueram fidem.

**A**bscedat princeps demonum cum noxiis fantasmatum: iam nos  
piabit (piauit) ueritas; iam probra tersit caritas.

**H**inc te, deus, te poscimus, ut peruagantes (peruacantes) dæ-  
monas (demonas) signum salutis dextruas; nos a pauore (pabore)  
liberans.

**H**ac (Hanc) noctis [h]ora prescium dauit future glori[a]e deo pre-  
ces multiplicat, in matutinis excubans (excubat).

**E**t (Hec) nos oportet surgere illo uigore corporis, illoque uoto  
spiritus, quod expiemur sordibus.

**E**xurge, nobiscum deus, laudes tuorum suscipe, lustrando corda  
lubrica lucis nobella gratia. **P**resta pater piissime.

**Ÿ.** **M**emor fui in nocte nominis tui domine et (custodiui) [cus-  
todibit] legem tuam. **kkk.** **P**ater noster. **D**eus miserere. **VIII**

uicibus.

**E**xplicit liber canticorum et orarum.

deo gratias. amen.

**I**n xiii kalendas IVNIAS erat LXXXVII

**C**hristoforus indignum scripsit mementote.